



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XXVI. Expenduntur excommunicationes contentæ in libris Clementinarum
reseruatæ Pontifici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

Disputatio III.

Punct. XXVI.

95

ipis quomolibet intromicentur, aut intendunt, obediuntur, vel auxilium, consilium, vel fauorem publice, vel occulte praestant ipso iure excommunicatione innodamnacionis ab soluto Pontifici deferantur. Sicut tradit Sylvestris. Excommunicationis 7. num. 20. Sayrus lib. 3. thesauri, cap. 29. num. 29. & 20. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 7. Barbola, aleg. 50. num. 91.

Secunda ferrum in cap. Clericis de immunitate Ecclesiarum. in 6. vbi tam imponentes tributa Ecclesiasticis personis, quam soluentes excommunicantur. At quadam personas soluentes sublata est haec excommunicationis in Clementem, quoniam, eodem anno, iudicio cap. non minus, & cap. aduersus de immunitate Ecclesiarum. Perseverare autem haec excommunicationis in Bulla Cenae Domini approbat aduersus imponentes, exigentesque tributa, quos inquit Pontifex non esse absoluendos, quin plene satisficerent. Quod si durante regimine satisfactionem exhibere noluerint, vel non potuerint ad ipsos, coramque subcellores tunc in hazarditate, non in officio pertinet satisfactionem praefare, iuxta Texum in cap. non minus & cap. aduersus de immunitate Ecclesiarum. Sic Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 9. Barbola alegat. 50. num. 92.

Tertia excommunicationis continetur in cap. felicia de poenis lib. 6. aduersus eos, qui Cardinalem S. Romanae Ecclesiae aut fuerint hostiliiter insequi percutere, capere, affociare haec facientem, aut fieri consulere, facie, receptare, seu scienter defendere delinquenter. Quae excommunicationis partim contenta erat in cap. quis suadente diabolo 17. quod 4. partim in Bulla Cenae, can. 11. Sed qua parte feritur excommunicationis aduersus insequenter Cardinalem, tametsi eius personam violenter manus non inicierit continentur in hoc cap. excommunicari, tamenque aduersus eos qui sic delinquentes scienter receptaverint. Quis omnes (inquit Pontifex) quamvis in sua conuagatione peruenient, singulis diebus dominis eis, & festis pulsanter campanis, & candolis accessis per omnes illius loci Ecclesias, in quo tantum facilius fuerit a contumaciam, necnon ciuitatum, & duorum vicinarum excommunicatis publice denunciatur, neenam ab alio quam a Romano Pontifice possint absolutorius beneficium obtinere, nisi duxit axam in moribus articulo constitutum. Adit. Præterea Pontifex in fine dicti cap. excommunicationis licet non referatnam aduersus Principes, Reformatos, Confusios, & Magistratus &c. ac eorum officiales, qui huiusmodi constitutionem non fecerint obseruant infra modum, postquam res ad eorum notitiam peruenient. Sicut haec omnia docent Nauarri. cap. 27. numero 110. Suri. disp. 2.1. sec. 3. numero 12. & legg. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 10. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. q. 3. punct. 7. per tonum.

4. Predicit excommunicationis annexata est, quam tradidit Leo X. in Bulla incipiente Temporariae: vbi excontinuationem, & iisque penas contentas in dicto cap. felicia, de Poenis lib. 6. extendit ad omnes & singulas personas cuiuscunq; status, conditionis, & excellentiæ existentes, qui alienum Cardinalis domum tam tempore dietae conculsi, etiam in Romanum Pontificem sit electus, quam alii quan-
doque, & ex quaunque causa armata manu inaudientes, & in ea violenter, & hostiliter aliquid diripientes, aut quemplam ex iib; existentibus vulnerantibus, & eorum socios, & qui id fieri mandauerint, vel factum eorum nomine ratum haberint, aut ipsis inausoribus consilium in præmissis, vel fauorem praefiterent, & defenderent. Due actiones sunt necessariae ad hanc excommunicationem, in ius domus Cardinalis, & hostilis bonorum dñeptio, vel personarum ibi existentium vulneratio: dñeptio namque vel vulneratio invasionsi hostili coniuncta est, ut debet, ut manifestè indicat partula, que coniuncta est subsequenter cum præcedentibus, legi quia ita stipulatur, sive de Verbor. obligationib. Et notatur Bonac. t. 3. de censur. disp. 1. quod 2. punct. 9. numero 3. tametsi spectato caput. Felicia, & can. 11. Bulla ex sola invasione domus excommunicationis telegrafta contrahitor.

Deinde deber annedti, quam tradidit Pius V. in Bulla 93. que incipit: Infelicitas scilicet, vbi excommunicationis, & penas latas in dicto cap. felicia, & in Canon 11. Bulla Cenae aduersus offendentes Cardinales, eorumque fautores, & defensores extendit ad eos qui scientes, intelligentes, vel coniectantes conspirationem in Cardinalem non reuelauerint Romano Pontifici, si in curia exitenter, vel Ordinario loci, vel & Cardinalis ipse Ordinarius exitere propinquior. Episcopo, & si crimen nondum commissum fuerit, ipsius Cardinali: Et quidem ad monendum Cardinalem, ut se caueat obligatus quamcumque delictum occultum sibi at ad facienda denunciationem iuridicam nullatenus obligari posset, nisi delictum probare posset. Quod à fortiori procedit, cum denunciatione non ad correctionem delicti, sed ad illius punitionem tendit. Quinimum filius eius tract. 14. cap. 6. q. 11. num. 97. quem sequitur Bonac. t. 3. de censur. disp. 1. q. 12. punct. 7. in fine existimat hanc constitutionem Pij V. vnu, & praxi abrogatam esse.

Quarta excommunicationis continetur in cap. quicunque de sentent. excomm. in 6. aduersus eos qui ob censuram excommunicationis, suspensionis, vel interdicti latam dederint aliqui licentiam occidendi, capiendo, seu alias in personis, aut bonis suis, vel suorum grauandi eos, qui dictas sententias protulerunt, sive quorum sint occasione prolatæ, vel eisdem sententias obliterantes, seu taliter excommunicatis communicare nolentes (nisi licentiam ipsam te integra resuocarent, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiatæ pro celum, nisi bona ipsa fuerint infra octo dierum spaniæ restituta, aut satisfactio pro ipsius impensa). Eadem quoque sententia innodamnatur omnes qui ausi fuerint predicta licentia dare vi, vel aliquod premissorum ad quæ contendenda dari licentiam prohibitum est, alias committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanescere duorum mensuum spatio extinxerit ab ea nequeant absoluti ab alio, quam à Romano Pontifice.

In defensionem libertatis Ecclesiastice lata est haec censura. Comprehendit primò omnes, & singulos cuiuscunq; conditionis, & qualitatis sibi, qui occasione late censuræ (qua validæ esse debet, ut inquit Suri. disp. 2. sec. 3. num. 7. Bonac. disp. 2. q. 3. punct. 1. 5. num. 5. nam invalida nec censura, nec sententia nomen metetur) vexauerint occidente, vel capiendo, vel aliquo modo grauando in personis, aut bonis suis, & suorum eos qui predictas censuras protulerunt, vel eos quorum occasione promulgatae sunt, vel qui eas observuant, seu cum excommunicatis communicare nolunt. Nonne omnes intelligunt confanguinei, cap. cancri de electione, lib. 6. & qui sub aliquis sunt potestate. Insit. de his qui sunt sui, vel alieni iuris: & generaliter omnes illi, quorum grauamen in prædictum excommunicantis credit, & ob eam causam præstaur, ut bene adiuvit Caeteram. verbo Excommunicationis 6. Nauarri. cap. 27. num. 9. Sebastian. Medicis. 2. par. sum. it. 9. quod 8. num. 78. num. 73. Sayrus lib. 3. thesauri cap. 29. num. 23.

Secundum comprehendit eos, qui ad haec facinora patranda pœnitent licentiam, nisi forte ante patratum crimen licentiam renouauerint, que revocatio nota debet esse ei cui licentia data fuit, alijs nullius effectus erit, ut bene notatur Bonacina dicta disp. 2. q. 3. punct. 1. num. 3. Quinimum si damnum non in personis, sed eorum bonis fuerit factum, & intra octo dies fuerit reparatum, non est locus censuræ, ut expressè notatur in dicto Textu.

Sed an mandans, & præcipiens aliquam ex his actionibus hac excommunicationis innodetur? Negat Bonac. disp. 2. q. 3. punct. 1. num. 6. nisi si quis mandatum dederit publicam habeat autoritatem; quia Textus loquitur de concedente licentiam non de mandante. Concedens autem licentiam necessarij autoritate publica dignus debet. Sed rectius Sylvestris. verbo Excommunicationis 7. num. 27. & Sayrus lib. 3. cap. 29. numer. 22. oppositum sentent. Quia mandatum, seu præceptum ferri non potest, nisi de eo qui à natura, vel ex Diuino iure, vel ex Reipublice concessione superior est. Si igitur ob licentiam haec excommunicatione contrahitur, à fortiori ob mandatum contrahetur, cum potius mandatum, quam licentia autoritatem publicam requirat.

Ab hac excommunicatione infra duos menses Episcopos, imò & Parochos absoluere excommunicatos potest; illis vero elapsis solus summus Pontifex.

PUNCTVM XXVI.

Expenduntur excommunications contentæ in
libris Clementinärum referuatae
Pontifici.

- 1 Inquisidores Episcopo inferiores non procedentes aduersus haereticum, vel alium falso imponentes heresim excommunicantur.
- 2 Episcopi suspenduntur ab officio per triennium.
- 3 Religiosi Sacramentum Extremæ-unctionis, vel Eucharistia ministrantes abque licentia Parochi, excommunicantur.
- 4 Sub nomine Religiosi aliquibus placet intelligi Novitios. Sed verius est oppositum.
- 5 Satis probabile est, quos Religiosos exemptos intelligi.
- 6 Debet esse Sacerdotes.
- 7 Religiosus Parochus liber est ab hac excommunicatione.
- 8 Persona circa quas Religiosi exercere debent actiones prohibitas sunt Clerici, vel laici.
- 9 Ob ministracionem Extremæ-unctionis, & Eucharistia, & Matrimonii solemnitatem hac excommunicatione incurritur.
- 10 Explicatur quid sit solemnizare Matrimonium in hoc Textu Religiosis prohibitum.
- 11 Si de speciali Parochi licentia fiant ha actiones, non est locus excommunicationis.

12 Expli

- 12 Explicatur quae sit specialis licentia.
 13 In articulo mortis deficiente Parochio potest Religiosus hac Sacramenta Extreme-unctionis, & Eucharistia ministrare.
 14 Regulariter credendum non est afferenti se habere licentiam à Parochio, ut haec Sacramenta sibi ministrarentur.
 15 Explicantur aliae actiones, ob quas haec excommunicatione incurritur.
 16 Quae sit absolutio à culpa, & à pena in hoc Canone prohibita.
 17 Afficitur haec excommunicatione, etiam si animo decipiendi absolutionem preferat.
 18 Derogantur qualibet priuilegia in contrarium.
 19 Excommunicatus Pontificem percutiens, capiens seu banniens, vel hac mandans, aut rata habens.
 20 Item qui induxit quemquam ad vocandum, vel promittendum, ut sepulturam apud eum Ecclesiam eligat, vel electam non mutet.
 21 Subiectum huius excommunicationis explicatur.
 22 Item actio, ob quam incurritur.
 23 Excommunicantur Domini temporales procurantes in terra suis violari interdictum.
 24 Quae sint personae aduersus quas haec excommunicatione iniungitur.
 25 Explicatur actio ob quam incurritur, que est coactio, ut Diuina officia in locis interdictis celebrentur.
 26 Item enocatio ad eadem Diuina audienda, & qualis debeat esse.
 27 Hac enocatio satis est sine fata perse, sine per nuncium.
 28 Vocatio debet esse ad audienda Diuina in locis interdicto suppositis.
 29 Item sub eadem excommunicatione prohibentur, ne impediunt publice excommunicatos, aut interdictos exire ab Ecclesia.
 30 Debent hi excommunicati, aut interdicti moniti esse à celebribus ut exeat.
 31 Debent esse moniti, ut exeat ab Ecclesiis suppositis Ecclesiastico interdicto.
 32 Prohibere debent, ne iij excommunicati exeat, dum in ipsis Ecclesiis Misericordia agatur.
 33 Debet excommunicatus, aut interdictus nominatum moneri a celebrente, ut huic excommunicationi subiectetur.
 34 In his omnibus actionibus presumptio requiriatur.

I Prima continetur in Clement. 1. §. verum de Hereticis ad uerius inquisitorum Episcopo inferiores, corūmque vices gerentes, si in officio suo ita deliquerint contra iustitiam, & conscientiam, ut non procedant aduersus hereticum, vel de heresi suspectum eo calo que procedere tenebantur, vel aliqui falsò imponant heresim, illisive suspicionem, vel impedimentum officio inquisitionis exequendo apposuisse: dummodo ad has actiones præstantas mouentur odij, gratia, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtenui, non aquenti ex timore, metu, aliisque fine. Quae excommunicatione referuata est summo Pontifici, neque ab ea excommunicatus ab eo potest, nisi in mortis articulo, & tunc præmissa satisfactione quantum fieri potest. Tria ad hanc excommunicationem incurvantur notari Doctores, Glosa in d. Clement. vers. obuenient. Tolet. lib. 1. c. 86. num. 1. Bonac. disp. 2. 9. 7. p. 1. August. Barboſa de posse, Episc. allegat. 50. num. 93. necessario requiri et, quorum unum si deficitur non est excommunicatione. Primò ut grauitate delinquunt in suo officio. Secundò ut delinquant scienter. Tertio ut delinquant odij, gratia, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu.

2 Dixi Inquisitorum Episcopo inferiores, nam Episcopi, illorumque Superiores non excommunicatione, sed suspensione ab officio per triennium innodantur, à qua suspensione nisi occulta sit nequeut ab alio, quam à Pontifice absolvi, quia ex temporis determinatione tacite Pontifice suspensionis absolutionem sibi referuauit, ut adiudicet Bonac. 1. 3. de censor. disp. 2. 9. 7. p. 5. n. 7.

3 Secunda habetur in Clement. Religiosi de Priuilegiis, vbi Clement V. in Concilio Viennensi inquit: Religiosi qui Clericos, aut laicos Sacramenta Vnctionis extrems, vel Eucharistia ministrare, Matrimonii & se solemnizare non habita saper bis Parochialis Presbyteri licentia special, aut qui excommunicatos à Canone præterquam in casibus à iure expresse, vel per priuilegia Sedis Apostolicae concessi eidem, vel à sententiis perstatuta Provincialia, aut Synodalia promulgatis, seu (ex verbis eorum utramque) à pena, & culpa absoluere quemquam præsumperint excommunicationis incurvant sententiam ipso facto, per Soden Apostolicum dunt acut ab solvendis; quos etiam locorum Ordinarii (postquam de hoc eis confisterit) excommunicatos faciant publicè nunciari, donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fidis, nullo Religiosi eidem super hoc exemptionis, vel alio priuilegio suffragante.

Subiectum huius excommunicationis sunt Religiosi qui vere Religiosi sunt, quique in Religione approbata tria vota emiserunt. Et quamvis non desint Doctores, Sylvest. vero Excommunicatio, 7. num. 31. Nauarr. cap. 27. num. 102. Sayrus. lib. 3. cap. 29. n. 27. Alterius lib. 5. d. 22. cap. 3. vers. ad clariorem censeant nouitios Sacerdotes comprehendendi. Argum. cap. Religiosi, de sententia excommunicari. 6. Hi namque priuilegiis professorum fruuntur, ergo onus illorum levare debent; verius est oppositum, prout tradit Panormit in Rubro Regularib. suar. disp. 22. sect. 4. n. 2. Fillius tradit. 1. 6. 8. 9. 2. n. 18. 5. Bonac. 1. 3. de censor. disp. 2. 9. p. 1. 9. num. 2. Nam esto nouitius sub nomine Religiosi comprehendendus in fauorabilius non tamen in peccatis, & præceptis a qua confessione penales restringendas sunt, illa cumque verba cum proprietate accipienda.

Grauior dubitatio est; An solum de Religiosis exemplis haec constituta intelligatur? Et satis probabile est intelligi, tum ex Rubrica sub qua constituitur quae est de Religiosis priuilegiatis, seu exemptis ratione priuilegiorum: sum quia ab Ordinariis, sicut alijs Sacerdotes seculares cohiberi. Nihilominus Sayrus, lib. 3. cap. 29. n. 27. Suar. alijs relatis disp. 21. sect. 4. num. 4. Fillius tradit. 1. 5. cap. 8. quies. 1. num. 86. Bonacina disp. 2. 9. 9. p. 1. 5. num. 27. credunt tam exemptos comprehendendi; quia in Textu nulla est restrictio. Rubrica autem restringere Textum nequit, cum lex non sitneque à Pontifice constituta. Sed huic ratione responderi potest ex ipsa Rubrica indicari Textum sub ea restrictione obligata, cum ex consenserit, & approbatione Pontificis sub eius titulo constituta.

Sed an Religiosi debeat esse Sacerdotes, ut haec excommunicatione innodentur prohibitas actiones praefatae; Difficiliter non caret. Negat alijs relatis Suar. disp. 2. 1. id. 4. num. 5. Fillius tradit. 1. 5. cap. 8. q. 2. num. 1. 86. qui etiam extendit ad Moniales, si aliquam ex dictis praestet, quia rexus absolutus, & absque villa distinctione Religiosi incedit ministracionem Eucharistie, & Extremæ unctionis, absolucionem à culpa, & pena ab ille speciali Parochialis Presbyteri licentia. Ergo quicunque qui versus Religiosi fieri haec excommunicatione innodabitur, si aliquam ex his actionibus praefliterit. Sed contrarium cense satis probabile cum Cardin. & Ancharranoin præsent. disp. 2. 1. de censor. q. 9. num. 1. n. 17. quia haec actiones non nisi à Sacerdotibus præstari solent, id est que credunt est Pontificem solum intendisse ab illo Religiosorum hac actiones absque licentia, & priuilegio exercentium coetera.

Religiosus vero Patochus si predictas actiones cum suis patochianis praefliterit, liber est ab haec excommunicatione, tametsi indebet, & illegitimè praefliterit; quia cassa suis ob quem excommunicato statuta est, scilicet vitare praeditum Parochorum, cum nullus Parochus ex illis actionibus praeflueretur. Quinimo ob eandem rationem exculat Nauarr. cap. 27. num. 102. ab haec excommunicatione Religiosum Parochum alienis oibus haec Sacramenta ablique licentia ministrantur; in cuius sententiam Glosa in dicta Clement. verbo Religiosi propendet. Etenim ea ministratio est certam praeditum parochi, cuius sunt illæ oves, at non celia in praeditum omnia parochorum, cum ipse Religiosus Parochus sit, & iurisdictione parochiali vitetur. Sed rectius Sylvest. verb. Excommunicatio 7. num. 31. Suar. disp. 2. 1. id. 4. n. 5. Alterius lib. 5. disp. 22. c. 3. ver. ad clarorem. Bonac. disp. 2. 9. 5. p. 1. 29. Religiosum Parochum alienis oibus predicta Sacramenta ministrantur ablique speciali licentia, vel priuilegio haec excommunicatione innodari, quia officium Parochi non impedit, quia ministrans vere Religiosus sit, verè Clericus, aut laicus ablique speciali Presbyteri parochialis licentia supradictas actiones praefliterit. At Textus absoluere quicunque Religiosum hæc Clericis, vel laicis ablique licentia speciali suorum Parochorum praeflentem excommunicari. Ergo. Neque obest illam ministracionem non cedere in praeditum omnium Parochorum; satis est quid cederat in praeditum Parochi illorum omium, cetera quas predicta exerceat: sicut cum Religiosus non Parochus haec ministratio solum cedit in praeditum Parochi cuius sunt oves, non aliorum, quia illius tantum iurisdictionem vult.

Personæ verò circa quas actiones prohibit exercebunt, ut Religiosi haec excommunicatione innodentur sunt Clerici, vel laici, ut constaret Texu ibi, Clerici, vel laici, sub quibus Religiosi non comprehendendur. Tum quia in materia penalis, & odioſa nomine Clericorum non venient Religiosi ex Panormit, in Rubro vita, & honestate Clericorum. Tum quia haec constituta lata est in fauorem Parochorum, quorum praeditum Pontifex vitare intendit; ut cum Religiosi non sint Parochi subiecti nullum inde Parochis praeditum prouenire potest. Sicut ex communī tradit Nauarr. capite 27. num. 102. Sayrus lib. 3. thesauri cap. 29. num. 18. Sanch. lib. 3. de matrim. disputat. 23. numero 17. in media Bona

Bonacina t. 3. de censur. disp. 2. quæst. 9. punct. 5. num. 12. Barbo. alleg. 50. num. 99. & alii apud ipsos.

Actionem ob quam haec excommunicatione incurritur duplex est. Prima ministrare sacramentum Extremaeunctionis, vel Eucharistie Clericis, vel laicis, Matrimonivm Sacramentum solempnizare sine speciali Presbyteri parochialis licencia. Quapropter ex ministratore Baptismi etiam solemnii Ordinis, vel Confirmationis, aut Pontificis absque Parochi licencia excommunicatione haec non contrahitur; quia texus solum de Extremaeunctione, Eucharistie, & Matrimonio solemnizari loquens est, & ponere extendere non sunt; sicut notarunt Glossa, & Ioann. Andreas in presensi; verbi speciali. Nauar. cap. 27. num. 101. Sayrus lib. 3. cap. 29. num. 35. Bonac. disp. 2. quæst. 9. punct. 5. num. 11. Suar. disp. 2. cap. 4. numero 13. Filiuciustradit. 15. cap. 8. quæst. 2. numero 188.

Sed quid sub verbo *solemnizare* Matrimonium intelligatur, non constat inter Doctores. Nam Ludovic. de Miranda Man. prefat. t. 1. quæst. 4. art. 2. quem sequitur August. Saborda de deo Episc. alleg. 50. num. 99. existimat nos solum nuptiarum benedictionem, sed etiam assistentiam illis contrahendis habere excommunicatione puniri. Sed longe, venis solam nuptiarum benedictionem intelligi, quia sola illa benedictio Matrimonium solemne reddit; assistentia vero non reddit Matrimonium solemne, cum non supponatur illud factum. Sed Matrimonium quod est solemnizandum ab Ecclesia constituit. Atque ita tradit ex communis sententia Glossa in presenti, verbo *solemnizare*. Sayrus lib. 3. cap. 29. num. 32. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. quæst. 9. punct. 5. num. 11. Verum est sic assistentem, vel benedicentem nuptias sine speciali licentia contrahere suspensionem latam a Trid. i. 24. 1. de reform. in quam usum penitentiam latissimam probabile est excommunicationem huius Clementinæ mutatam esse, uti tradit. preced. dictum est.

Predicta intelligenda sunt, inquit Textus, nisi de speciis parochialis Presbyteri licentia fiant. Nomine parochialis Presbyteri non solum venire rector intermedius Ecclesie parochialis, sed etiam Episcopus, cuiusque generalis Vicarius, quia omnium Ecclesiarum Parochi sunt, & in omnes Parochos iurisdictionem habent: uti pluribus firmat Sanch. lib. 3. de matr. disp. 29. numero 4. & seqq. Sayrus lib. 3. cap. 29. num. 33. Bonacina t. 3. de censur. disp. 2. q. 9. p. 5. num. 7. Et quoniam videatur Textus exigere in Parochio, ex cuius litteris speciali Religiosi administrare Sacra menta debent qualitatem sacerdotij: ibi, Parochialis Presbyteri. At verius etiam qualiter non est necessarium, sicut in praesenti docet Glossa verbo Presbyteri. Sayrus dicto cap. 29. num. 33. Bonac. num. 9. Nauar. cap. 17. num. 102. Item Suar. 1. p. 2. 3. disp. 71. seit. 3. Sanch. pluribus relatis lib. 3. disp. 20. numero 3. in medio, quia Textus vobis fuit nomine Presbyteri non necessitate, sed ex frequentia; quia frequentes Parochi Sacerdotes sunt.

Specialis autem licentia censetur esse, qua haec sacramenta Extremaeunctionis, Eucharistie, & Matrimonii specificantur; tametsi ex parte personae cui administranda sunt, vel quia illa ministrare debet generalis sit: vt notauit Glossa in presenti, verbo speciali. Suar. dicta seit. 4. n. 7. Sanch. pluribus referens lib. 3. cap. 33. à num. 7. Bonac. t. 3. disput. 2. quæst. 9. punct. 5. numero 6. Quinimum est predicta Sacramenta sive latissim non exprimitur, si tamen exprimuntur in genere. Vti si concedetur aliqui facultas ad ministranda omnia Sacra menta qua ad curam animalium pertinent: fatis est, quia illa licentia speciali equalet. Ut bene tradit Sanch. d. disp. 35. num. 7. & seqq.

In articulo mortis deficiente Parocco, si religiosus Extremaeunctionis, vel Eucharistie Sacramentum minister hanc censuram non incurrit, quia non est credendum velle Ecclesiasticis fideles his salutibus remedii destituti, ac proinde licentia presumpta Parochi Episcopi, vel Pontificis censetur minister fieri; ut notauit loquens de Extremaeunctionis, & Eucharistie ministratore, & tradit in predicto Bonac. tom. 3. disput. 2. quæst. 9. punct. 5. numero 3. adversus Man. Praefat. tom. 1. quæst. 42. art. 2. Barbos. alleg. 50. num. 98.

Sed an afferent se habere licentiam a Parocco, vt haec sacramenta sibi ministrentur credere Religiosus debet? Disputant Doctores. Nam Glossa in hac Clement. verbo habita. Antonini, p. tit. 24. cap. 54. Angel. verb. Excommunicatio s. cap. 12. num. 17. Rofella verb. absolutio 1. num. 39. Sylvestri. verb. Excommunicatio s. cap. 14. num. 35. Tabiena eodem s. 9. 4. num. 5. Sayr. lib. 3. c. 29. numero 35. censetur credi posse, quia nemo presumendum est adeo sua salutis immemor, ut ei commodum ultum anteponat, vt dicitur c. penit. 1. q. 7. & leg. facit. Cod. de facio/aut. Ecclesiast. & colligitur ex cap. significati, cl. 2. de homicidio. Sed longe verius est regulariter credendum non esse, vii plures referens tradit Sanch. lib. 3. disp. 37. num. 2. quia in his que pertinent ad externam Ecclesia gubernationem, pars testimoniorum insufficiens esse

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars VI.

Iudicatur. Quia ratione non adhibetur fides excommunicato afferente se absolutum esse, nisi litteras absolutioris ostendat, vel alio modo legitimè absolutionem probet: vt habetur cap. scit. de sententia excommunicat. Neque dicunt se habere licentiam proprii Episcopi, vt ab alieno ordinetur credendum est, nisi eius parentes litteras ostendat, cap. 1. de Temporib. ordinat. lib. 6. Quinimum nec parochiano testante se impluuisse precepimus annus confessionis credi debet, nisi schedulam confessoris ostendat, telle Hostiens. in capitulo versusque sexus de Peccatis, & remissionib. verbo à proprio, & ibi Ioann. Andri. num. 12. Anton. numero 37. Anchartana. num. 8. quia haec non tam spectant ad valetusque salutem, quam ad extenam Ecclesia gubernationem; ac proinde Ecclesia sat stacionendum est. At ministrare Extremam-unctionem, vel Eucharistiam morituris Sacramentum Matrimonii solemnizare ad externam Ecclesia gubernationem petinet, ut de confit. Ergo ex testimoniis recipientis afferentis licentiam habere a suo Parocco, haec facienda non sunt.

Dixi regulatius. Nam si persona que id assertit est validè fide digna, vt prudentis arbitrio nulla fallitur suspicio timeri possit, poterit Religiosus credere dicebat se habere à parochio speciale licentiam: vii alis relatibus docet Sanch. lib. 3. c. 37. num. 3.

Secunda actio, ob quam haec excommunicatione incurritur est. Primo si absoluas excommunicationem a canonice extra causis à iure expressis, vel priuilegio Sedis Apostolice concessos. Secundò si absoluas à sententiis per statuta provincialia, aut synodalia promulgatis. Tertio si absoluas à persona, & culpa. Etiam cum omnis lex Pontificia canon sit, si absoluas ab excommunicatione contenta in ea lege in hanc excommunicationem inciderit, nisi absoluat in causis à iure expressis, qualis est absolution excommunicationis non referatur, iuxta emper. de sententia excommunicat. vel nisi absoluat ex priuilegio Sedis Apostolice, quo omnes ferè Religiosi maximè Mendicantes fruuntur.

Secundò in ea excommunicatione incider qui absoluere abfque priuilegio, vel iuris concessione à sententiis per statuta provincialia aut synodalia promulgatis. Nomine sententiarum Glossa intelligit excommunicationem, suspensionem, & interdictum, al. si solum excommunicationem intelligeret, Pontifex non exprimet sententias in plurali numero, sed sententiam in singulari, Sed verius est solum excommunicationem in plurali comprehendit. Vt tradit Sylvestri, verbo excommunicatione 7. num. 38. Sayrus lib. 3. cap. 29. num. 27. & 37. Suar. disp. 22. seit. 4. num. 16. Filiuciustradit. 15. cap. 8. quæst. 2. numero 189. Alterius lib. 5. disp. 22. cap. 3. vers. 3. Bonac. disp. 2. q. 9. punct. 5. num. 18. quia penitentia extendenda non sunt, sed felttingenda in casu dubio. Sed ad minus dubium est, an nomine sententiarum solum sententia excommunicatoris intelligantur, an autem sententia interdicti, & suspensionis. Ergo assertendum est sola excommunicationis sententias intelligi, maximè cum de sententia excommunicationis in verbis antecedentibus fuerit sermo. Neque credendum est voluntate Pontificis Provincialibus aut synodalibus statutis maiorem prestare favorem, quam fuisse. Conciliorumque generalium legibus, vt solum excommunicationis in Canone late absolute puniat, cum tamen omnium censuram, que per statuta generalia, aut synodalia promulgantur absolutionem puniat.

Tertio excommunicatione huius Clement. innodabitur 16 qui absque illo priuilegio, & facultate Sedis Apostolice quemquam præsumit absoluere à culpa, & à pena. Hoc est præsumere concedere plenariam peccatorum remissionem, seu indulgentiam. Hac enim concessio vulgari vocabulo absolutione à culpa, & à pena nuncupatur. Quare opus non est, ut sacramentaliter absoluat à culpa; sans enim est, si totius penae remissionem concedat; quia eo ipso à culpa, & à pena absolvit, vt tradit Sylvestri. verbo excommunicatione 7. numero 32. Caiet verbo excommunicatione capite 64. Sayrus cap. 29. num. 38. Suar. disp. 22. seit. 4. num. 19. Bonac. disp. 2. q. 9. punct. 5. à num. 13. Alterius libro 5. disp. 22. cap. 3. vers. 6. notandum, & alii.

Dubium tamen est, An innoderetur haec excommunicatione 17 Religiosus qui non ex animo concedendi indulgentiam, sed decipiendi absolutionem præstat? Alioquin video posset non innodari hac censura; quia haec imponitur ob absolutionem & alii.

nem quantum est ex parte absoluenter praestitam, non ob absolutionis fictionem ibi, *Quemquam ab soluere presumunt*. Si enim Extremam vinclionem, & Eucharistiam fidem ministrare in hanc excommunicationem non incidet: ut tenet Sua. *disputat. 2.2. sect. 4. numer. 2.3.* Ergo neque etiam si fingeres te ab eo uere; cum nolles ab solutionem concedere, ut poteris qui nullum in illius concessionem potestatem habes. Sed rectius docuit contrarium Bonac. *disputat. 2. de censor. in particular. quæst. 9. punct. 2.5.* Et seqq. modo fictio occulta sit. Quia Pontifex hac excommunicatione coercere voluit quorundam Religiosorum audaciam, qui fideles decipiebant indulgentiarum concessionem, cum nullum haberent potestatem concedendi. Ergo non ab solutionem veram, sed fictam, & deceptioriam hac excommunicatione coercere Pontifex voluit. Neque est simile de ministracione Extremæ vinclionis, & Eucharistie (quidquid in contrarium sentiat Bonaciam) quia Pontifex non punit hac excommunicatione fictam eorum administrationem, sed veram, illegitimatam tamen, & indebitam, ut poteris in Parochorum iurisdictionis præjudicium. Et ratio huius discriminis est manifesta; quia Extrema vinclio, & Eucharistia verum sacramentum esse posunt, tametsi illicitè, & usurpatam iurisdictionem ministrantur: at ab solutio à culpa, & à pena, seu indulgentia plenaria concessio, nequit vera esse, sed omnino ficta, & deceptoria praestita ab eo qui nullam concedendi potestatem haberet. Cum ergo verba in dispositione maxime penale quod fieri possit propriè accipienda sint, efficitur sane verba illa *Extrema vinclio, & Eucharistia sacramentum ministram præsumperint*, de vera ministracione intelligi debere. At quia ab solutio à culpa, & à pena, ab eo qui ab soluendi potestate carevera esse nequit, alterendum est fictam, & deceptoria comprehendendi.

18. Addit ultimum Pontifex derogationem cuiusvis privilegii, ibi: *nullo privilegio suffragante*. Quæ verba non aduerterantur precedentibus, in quibus ex privilegio Sedis Apostolicae conceditur Religiosis, ut possint excommunicatos ab excommunicatione, & à culpa, & à pena absolvere; quia verba illa *nullo privilegio suffragante* referuntur ad denunciationem, non ad solutionem, seu sacramentum administrationem, præstante hunc sensum. Qui in huiusmodi excommunicationem inciderunt; eo quod absque facultate aliquam ex his actionibus prohibitis exercerent, ut excommunicari denunciantur, & publicetur nullo privilegio suffragante.

19. Tertia excommunicatione fertur in Clement. 1. *si quis suadente, de penit. aduersus* cum qui Pontificem iniuriosè, & remere percussiterit, aut cepiterit, seu baniaverit, vel hoc mandauerit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, si nomine ipsius fuerit facta, ut explicita *Glossa* vel locus corum fuerit, consilium, vel fauorem dederit, aut scienter defensaverit. Adduntur ultra excommunicationem alia poena his delinquentibus. Circa hanc excommunicationem nihil speciale notandum occurrit, cum satis explicata sit hac *disput. punct. 1. §. 12. & punct. 2.*

20. Quarta excommunicatione reservata Pontifici continetur in Clement. Capitulo 8. sanè de Penit. aduersus Religiosos, & Clericos laiculæ qui quemquam ad vocandum, iurandum, vel fidei interpositam, seu alias promittendum inducent, ut sepulturam apud eorum Ecclesiæ eligant, vel iam electam velutrum non inuenient.

21. Subiectum huius excommunicationis sunt Religiosi, & Clerici laiculæ; non autem laici, hi enim, etiæ indicant ad actiones in hac Clement. prohibitas, excommunicatione non afficiuntur, ut nota Tolent. lib. 1. cap. 36. numero 4. & Doctores communiter. Nominis Religiosorum veniunt tam viri quam feminæ veram professionem emittentes. Tum quia huiusmodi Clement. lata est in confirmationem capite 1. de sepultura, libro 6. vbi Textus virum dictione universalis comprehendente omnes Religiosos cuiuscunque conditionis, & lexus sunt, ibi: *Vniuersitatis Religiosi*. Tum quia Religiosæ feminæ efficiuntur quam viri persuaderet solent. Non autem comprehendendunt nouitiam, seu qui veram professionem non emittunt, qui in materia odiofa, & penali stricte nominis Religiosi accipiendum est. Atque ita nota Bonac. t. 3. de censur. in partic. disput. 2. q. 5. punct. 4. numer. 4. Nominis Clericorum veniunt qui vere Clerici sunt, modo non sive Parochi. Parochus namque sive inducat ad promittendum electionem sepulturae in sua Ecclesia, sive in aliena hac excommunicatione non affringitur, qui hæc excommunicatione fertur in Parochorum fauore; ac proinde non debet in eorum dannum retorqueri. Ex regula quod in gratiam, de Reg. Iuris in 6. & leg. quod fauore. ff. de legibus. Præterquam quod Parochus in hac inductione nemini prædictat, cum nulli alteri à Parochio ius competat sepeliendi parochianum in sua Ecclesia, ac proinde inducens parochianum, ut in eius Ecclesia sepulturam eligat, inducit ad id quod alii à iure sibi competit. Si autem inducit ad electionem sepulturae in aliena Ecclesia cedit iuri proprio, & charitatis opus præstat. Non igitur ob

hanc actionem excommunicati expedebat. Sicui ex communione notauit Bonacina dicto tom. 3. disputat. 2. quæst. 5. punct. 4.

Actio vero, ob quam hæc excommunicatione fertur est inductionis ad votum, iuramentum, fidem datum, seu promissum de eligenda sepultura apud propriam Ecclesiæ, vel de iam electa non mutanda. Quapropter si Religiosus simpliciter inducat ad electionem sepulturae, non autem ad iuramentum, vel promissionem de illa eligenda, vel electio non mutanda hæc excommunicatione non innodatur. Neque item innodatur, si inducat ad promissionem eligenda sepulturae in aliena Ecclesia. Sicui notauit Nauar. cap. 17. num. 10.3. Tolet. lib. 1. summ. cap. 6. num. 4. Sayrus lib. 1. thesauri. cap. 29. num. 40. Suar. disputat. 22. sect. 4. num. 2.1. August. Balboia alleg. 50. num. 100 Bonac. tom. 3. de censor. disputat. 2. quæst. 5. part. 4. num. 2. Hæc autem inducio, ut excommunicatione puniatur, efficaciter esse debet, & effectum habere, scilicet quod inductus annuerit inductioni, & iuramento, seu promissionem præstiterit. Vt docuerunt Nauar. Tolent. Suar. & Bonacina locis allegatis, quia hæc constituta stricti iuris est, id est, ut verba intelligi debent cum effectu. Tandem opus est, ut inducens ex præsumptione procedat. Unde si ex ignorantia modò affectata non sive haec legis, sive censuræ impositæ in hanc censuram non incidit, ut predicti Doctores aduertunt.

Quinta excommunicatione habetur in Clement. Graui, de sententiâ excommunicati, vbi Clemens V. occasione quodam temporalium dominiorum qui in terris suis violare interdictum variis mobis procurabant in hæc verba statuit. Ne igitur excessus sic grates excedentium in punitione trahatur ab alijs in exemplum, præsumptores prefatos qui locis interdicti suppeditis quemquam de exercitu Divina celebrare officia quomodolibet cogere: *Aus qui modo prædicti ad officia eadem audiendis aliquos excommunicationis præfertim, vel interdicti ligatos sententiâ euocare*. Seu qui ne excommunicati publicè, aut interdicti de Ecclesiæ dum in ipsis Missarum agnus solemnia à celebrantibus moniti, ut ex eis prohibeantur. Ne excommunicatos publicè, & interdicti qui in Ecclesiæ nomina, tam à celebrantibus, ut ex eis moniti remanere præsumpti, excommunicationis sententiâ (à qua per Sedem diuinæ Apostolicam possint absolviri) sacro approbante Concilio iudicemus.

Hæc excommunicatione etiæ solum videatur fieri aduersus illos dominos temporales qui tempore Clementis V. relationes excessus commiserunt, vel de cetero commiserunt, ut indicant illa verba præsumptores prefatos, ex communione sententiâ, & vñ Ecclesiæ receptum est ad omnes alios similis committee extendi. Sicui notauit Bonac. tom. 3. de censor. disputat. 22. sect. 4. num. 31. Bonacina tom. 3. de censor. disputat. 2. quæst. 4. punct. 20. num. 16. Qui sive latice sive Ecclesiæ sive ob iurisdictionem temporalem quam pollutum aliquam ex his actionibus in hac Clement. prohibitis præstiterint, in excommunicationem referuntur incidente notauit Glossa verbo temporales. Nauar. cap. 17. num. 10. Sayrus lib. 1. cap. 29. numero 42. Suar. disputat. 2. sect. 4. numero 32. Bonac. disputat. 2. quæst. 3. punct. 20. num. 17. Alterius tom. 2. de interdicto disputat. 9. cap. 4. colam. 9. & 10. Secundum sunt omnes excommunicati, interdicti qui nominatio tam à celebrantibus moniti remanere præsumpti. Dixi vel interdicti, nam licet Textus dictione & ritu ex subiecta materia, & ex verbis antecedentibus, & ex tenore totius contextus coafflati non coniuncti ut accipi: sicut si apposita esset dictio vel. Vt docet ex communione Sayrus lib. 1. thesauri. cap. 29. num. 43, in fine. Bonac. disputat. 2. q. 3. p. 10. Horas.

Actio vero ob quam hæc excommunicatione fertur multiplex est. Prima ob coactionem, quam domini temporales aliqui inferunt, ut Divina officia in locis interdicto suppeditis celebret. Quomodo cunctæ coactio contingat satis est ad hanc censuram incurram, quia Textus inquit exmodilibet cogere, & ad eum interdictum, ut explicita *Glossa* omnem modum compulsionis realem, & personalem, dictum, & indirectum comprehendit, ut si res ipsorum occupant, confanginores gravant in personis, vel rebus, iuxta Textum *Sicut cuncti de Electione*, & cap. quicunque, contineat, lib. 5. Et tradit in præsenti Sayrus lib. 1. cap. 29. numero 43. Suar. disputat. 22. sect. 4. numero 29. Bonac. disputat. quæst. 3. punct. 20. num. 4. Coactio igitur debet effici ad divina officia celebranda in locis interdicto suppeditis. Nomine diuinorum officiorum *Glossa* in præsenti verbo *Missarum*, intelligit solum Missæ sacrificium: cui confidunt Angel. Sylust. & Zabarella relati à Sayro dictio lib. 3. cap. 9. n. 43, verilogia ad officia. Verius tamen est non solum Missæ sacrificium, sed

Horas canonicas, aliaque similia quae ab Ecclesia celebrantur intelligi, & notauit ipse Sayrus supra. Suar. dicta disp. 2. sect. 4. num. 2. Bonac. d. disp. 2. q. 3. p. 20. num. 5. cum in hac prima clausula non solum Missa, sed aliorum diuinorum officiorum mentio facta sit.

26 Secunda actio est euocatio ad eadem diuina audienda. Hac autem euocatio videatur debere esse coactiva, vt indicant illa verba Textus: *Aut qui modo predicto ad officia eadem audienda excommunicatus presertim, vel interdicti ligatos sententia, euocare presumuntur.* At modus predictus erat coactius, vt colligetur ex illis verbis quomolibet cogere. Ergo euocatio coactua debet esse. Communis tamen sententia in hac actione non requirit coactiōnem, sed illa verba modo predicto, refert ad modum vocandi, de quo in dicto textu in proportionē causā mentio facta est.

Hincetorū grauius dubitatio, an singularis euocatio, & secreta sufficiat ad hanc censuram incurram, an vero necessaria sit publica, voce inquam praeconis, sonitu campanarum, sube. vel cornu. Sylvest. verbo excommunicatione 7. num. 5. 1. Narr. 6. 27. num. 104. Sayrus. lib. 3. cap. 29. numero 43. & alijs celesī publicam vocationem requiri. Et probari potest. Concedamus namque verba illi modo predicto referri ad modum vocationis, quem Pontifex in propositione casus retulerat. At pontifex retulit dominos illos temporales non solum fecerō, & signillati, sed voce praeconis, & pulsatis campanis ad diuina audienda in locis interdicto suppulsis, populum euocare. Ergo vt quis predicto modo euocare censeatur, debet non solum fecerō, sed publice euocari, alias non predicto modo absolue, & simpliciter, sed secundum quid, & dimidiare vocare, & cum haec materia odiō sic sit, & interpretari debet. Sed rectius docuit contrarium Caetan. verbo excommunicatione, cap. 2. Suar. disp. 2. 2. sect. 4. num. 28. Bonac. disp. 2. quest. 3. punct. 20. num. 6. indicat Tole. lib. 1. sum. cap. 6. num. 6. Pontifex namque complice voluit audaciam illorum nobilium qui nunc hos, nunc illos vocabant ad Diuinā officia audienda (quod esse non potest, nisi per singularem citationem) & interdum compellebant, & his non contenti excessibus non solum per campanarum pulsationem, sed & voce praeconis populos etiam interdictos (vt interdicti non obstante sententia) ad audiendas Missas huiusmodi venient, faciunt euocari. At si verba illi modo predicto, debenter omnem relatum modum vocationis copulatiū comprehendere, non sufficienter hac actione iij vocantes nisi tum fecerō, tum publicē campanum pulsatione, & voce praeconis vocationem fassent, & insuper compellerent, quod non est dicendum, quia ferē nullius fundus est hoc excommunicatione. Quapropter dicendum est huius voce praeconis, siue campanarum pulsatione, siue secreta citatione aliqui euocentur huic excommunicationi esse locum, quia vero predicto modo euocari, tametsi non omnibus predictis modis.

27 Hac euocatio sue sit per se, siue per nuncium satis est ad excommunicationem incurram; probantque illa verba faciunt euocari. Praterquam quod frequentior modus vocationis est per interpositam personam, & notauit Bonac. d. pun. 20. num. 1. Debet autem euocatio esse ad eadem diuina officia audienda, ad quae celebra in priori clausula non solum de Missa sacrificio, sed etiam de aliis officiis Diuinis fieri sit, ut alterius, consequenter hanc secundam clausulam de eisdem officiis assertendum est intelligi. Sed obstat huic doctrina quia dispositus textus censenda est conformis relationis in relatione, & propositio causa nō de vocatione ad quæcunque officia diuina audienda, sed ad Missarum solemniam tantum adum est ibi: *Ad audiendas Missas huiusmodi veniant, faciunt euocari,* ergo de sola vocatione ad Missas audiendas censendum est textum dispositus. Huic obiectio respondet, si quod in priori clausula non solum Missa, sed aliorum diuinorum officiorum mentio facta sit, & in secunda clausula exprefit Pontifex eadem officia diuina. Quod vero in relatione causa solius Missae sacrificium retulerit, non impedit disputationem latiorem fieri, quia estis dispositio latius vel strictius loquatur quam relatio, vt sapè contingit: non obinde censenda est aduersaria illi conformis.

28 Praterea opus est vocationem esse ad audienda diuina officia in locis interdicto suppositis. Tum quia Textus requirit ut vocatio sit ad eadem diuina officia audienda, de quibus in praecedenti clausula sermo habitus erat, in presenti clausula exprefit requisitum est, ut diuina officia celebrentur in loco interdicto. Ergo Tum quia Pontifici quelli sunt Pratici, quod Nobiles, & Domini temporales in terris suis Ecclesiastico suppositis interdicto ad audienda diuina officia populū faciunt euocari. Atque ita ex communī notauit Bonac. disp. 2. quest. 3. p. 20. num. 7.

29 Tertia actio, ob quam præsenti Canone excommunicatione ferunt, est prohibito ab ipsis dominis temporalibus facta publicē excommunicari, aut interdictis, ne excent ex Ecclesia dum Missarum solemnia aguntur, tametsi à Ferd. de Castro Sum. Mor. pars V. L.

celebrantibus moniti sint. Erenim illi Nobiles hac censura ligantur, si publicē, vel secretō, generaliter, vel specialiter prohibeant, seu impediant, ne publicē excommunicari, aut interdicti, & à celebrantibus moniti excent ex Ecclesiis dum Missarum solemnia aguntur. Ex eo autem quod textus non dixerit debere esse nominatum excommunicarios, aut interdictos sentire videtur Bonac. disp. 2. q. 3. pun. 20. num. 10. hanc conditionem non requirit, sed satis esse si publicē excommunicari, aut interdicti existant, quia haec censura lata est non solum in detestationem communicantium cum excommunicatis, seu interdictis, sed in prænam ipsorum excommunicatorum, vel interdictorum violantium interdictum. Sed rectius docuit contrarium Suar. d. 2. sect. 4. n. 3. Nam licet eo tempore quo lata sit haec excommunicatione requisitum non fuerit excommunicatos, vel interdictos esse nominatum, sed sufficiens fuerit esse publicē excommunicatos, vel interdictos, id factum est quia eo tempore publicē excommunicari, vel interdicti vitandi erant. At in præsentij, qui nominatum excommunicari non sunt, aut interdicti vitari non debent, tametsi de eorum excommunicatione, aut interdicto publicē coester. Ergo Et confirmatur; quia lexus videtur manifeste locutus de illis excommunicatis, aut interdictis, ob quorum præsentiam Missa sacrificium interrumpi debet, vt constat ex illis verbis textus. Ex quo frequenter contingit quod non sine Dei offensa, clericis, ac populi scandalo ipsa Missarum solemnia remaneant inexplicata. At præsenti tempore tantum excommunicari, aut interdicti virandi huius effectus causa esse possunt. Ergo hi tantum comprehendoruntur.

Præterea debent iij excommunicari, aut interdicti moniti esse à celebrantibus, ut exeat. Quam monitionem, (etsi aliquibus placeat) debere esse specialē & nominationem, quia in clausula apponitur excommunicatione aduersus eos, qui cum sunt nominati moniti, nolunt exire, quique videntur esse illi qui præsenti clausula à celebrantibus sunt moniti. Verius tamen est solam monitionem generalē sufficere, quia celebrans generaliter monitet, ut omnes excommunicari, aut interdicti exeat ex Ecclesia; quia textus in hac clausula non restrinxit monitionem ut esset specialis, & nominatum, sed solum monitionem requirit. Ergo quæcumque monitio sive specialis, sive generalis sufficit. Atque ita tenet Gloria in præsenti, verbo moniti. Sayrus lib. 3. hec aur. cap. 29. numero 43. verl. quad officia. Suar. disp. 2. sect. 4. numero 30. Tole. lib. 1. sum. cap. 6. num. 4. Bonac. disp. 2. quest. 3. p. 20. numero 9.

Sed an debeant esse moniti, ut excent ab Ecclesiis Ecclesiastico suppositis interdicto? Non carē difficultate. Nam Bonacina numero 11. censet opus non esse Ecclesiastis esse interdictis, quia nullum extat verbum in hac actione indicans Ecclesiastis debere esse interdictas; ex eo autem quod in praecedentibus clausulis id fuerit expressum non inferitur pro actione præsenti clausula cam conditionem requiri, sicuti nec sufficiunt qualibet officia diuinæ, ut prohibens excommunicatos exire, dum ipsa persaguntur, in hanc excommunicationem incidunt; sed necessariō debet esse Missa sacrificium, tametsi in clausulis praecedentibus quodlibet officium diuinum sufficiens fuerit. Nihilominus oportunitum cencio verius cum Suar. disp. 2. sect. 4. numero 30. Filiu. tract. 15. capite 4. quest. 1. num. 74. eo quod Textus de interdicto locali generali loquatur, ut constat ex illis verbis. Domini temporales in terris eorum Ecclesiastico suppositis interdicto, &c. Quapropter etsi in hac clausula non exprefit Ecclesiastis interdictas esse, id fuit; quia ex praecedentibus, & ex querela propositio satis colligebatur. Et confirmo: ut illa Ecclesia non interdicta existat in terris illorum dominorum, vel non; si non existat; non incident in hanc excommunicationem, quia non præstant actiones prohibitas ut domini temporales, & iurisdictionem habentes in terris suis, ut Textus requirit, & ipsēmet Bonac. dicta disp. 2. q. 3. part. 20. numero 17. concedit. Si autem illa Ecclesia in terris dominorum existat, nequeunt non esse interdictas, cum eorum terra Ecclesiastico fuerint interdicto supposita, & consequenter Ecclesia ibi contenta.

Ruitus prohibere debent ii domini temporales, ne iij excommunicari, aut interdicti excent, dum in ipsis Ecclesiis Missarum solemnia aguntur; quia sic exprefit habetur in Textu. Unde ob prohibitionem factam dum alia officia diuinæ celebrantur, non est locus huic excommunicationi, ut bene aduertit Caet. verbo excommunicatione, capite 4. Suar. disp. 2. sect. 4. numero 29. Sayrus lib. 3. cap. 29. num. 43. vers. quoad officia. Filiu. tract. 15. capite 4. quest. 2. numero 74. Bonac. disp. 2. q. 3. p. 20. num. 10.

Quarta actio, qua excommunicatione in hac Clement. prohibetur est, cum excommunicatus, aut interdictus à celebrante monitus nominatum, ut ex dictis Ecclesiis exeat, remaneat præsumit. Debet igitur excommunicatus, aut interdictus nominatum prius moniti à celebrante, & confe-

quenter dum sacrificium Missæ peragitur. Præterea excommunicatus; aut interdictus vitandas esse debet post Concilium Constantiense Ecclesiæ item ex quibus exite nolunt Ecclesiastico supposita esse debent interdicto, ut hæc omnia probata reliquimus; alias hæc censura locum non habet.

- 34 Denique in omnibus his actionibus præsumptio requiri-
tur, ubi præsumperint. Vnde quælibet ignorantia sine legisisti-
ue censute modò affectata non sit, excusat ab hac censura in-
currerat, nisi notauit Caet. Navarr. Sayr. Suar. Bonac. & alij
loc. all. g.

P N C T V M XXVII.

Explicantur excommunications reserua-
ta contentæ in libris Extra-
vagantiam.

- 1 Explicantur excommunication aduersus rebellis statutis, in fa-
torem Ecclesiæ Tolosanae;
- 2 Expenditur excommunication aduersus exenterantes corpus
defuncti;
- 3 Comprehendit eum qui prædictas actiones in terris fidelium
exerceat;
- 4 Item qui has actiones præstaret, ut corpus mortuum alibi tu-
mulandum deferret.
- 5 Corpus defuncti sic inhumane tractatum carere debet Ec-
clesiastico sepulturæ;
- 6 Declaratur excommunication aduersus Religiosos Ordini-
num Mendicantium, transentes sine specia-
li licencia sedis Apostolica ad Religionem S. Bene-
dicti.
- 7 Non procedit hac Constitutione in transitu ad Carthu-
sianum.
- 8 Neque stante speciali licencia Sedis Apostolica, & qualis de-
bet esse.
- 9 Item si fuit à Religione exclusus, neque admissus, est signa
contritionis præstiterit.
- 10 Declaratur excommunication aduersus Religiosos, qui ad par-
tes ultramarinas obi non admittit fidèles, se conseruant,
ab illa licencia iuram Superiorum.
- 11 Expenditur excommunication aduersus violantes constitu-
tionem Sixti IV. de conceptione Beatae Virginis.
- 12 Quid statuerit Cone. Trident. Pius V. Paul. V. & Greg. XV.
de his rebus.
- 13 Explicantur excommunication aduersus eos qui ob ingressum
Religionis aliquid dant, vel recipiant.
- 14 Declaratur specialiter actio ob quam hac excommunication
incurrit.
- 15 Expenditur excommunication aduersus Simoniam commi-
tentes.
- 16 Declaratur excommunication aduersus eos, qui prætextu fa-
cilitatum à Pontifice concessarum, tentant à casibus re-
fusari absoluunt.
- 17 Declaratur excommunication aduersus dantes, vel recipien-
tes aliquid pro obtinenda aliqua gratia, vel iustitia
apud Sedem Apostolicam.
- 18 Promissio animo non te obligandi hinc excommunicationis
subiectum.
- 19 Explicantur, an promissio gratitudinis future subiectum huic
excommunicatione.
- 20 Debet acceptari promissio, ut huic excommunicatione sit lo-
cus.
- 21 Cuius rei datio, seu promissio hanc excommunicationem in-
ducatur.
- 22 Quid nomine gratia, vel iustitia in hac excommunicatione
intelligatur.
- 23 Pro auctoritate, vel differenda alterius iustitia aliquid iu-
diciari, communis sententia defendit sub hac ex-
communicatione comprehendit.
- 24 Esi prædicta sententia confundenda sit, contraria non videtur
improbata.
- 25 Non est opus obtinere gratiam, vel iustitiam.
- 26 Gratia, vel iustitia debet esse à Sedis Apostolica.
- 27 Nomine Sedis Apostolicae Pontificis quantum iurisdictionem
spiritus sanctus exercet intelligitur.
- 28 Huic excommunicatione subiectum usus gratia, seu iustitia
sit obiectum.
- 29 Non reuelantes intra triedium subiecuntur huic excommuni-
catione.
- 30 Existentes tantum in Romana curia hoc præcepto denuncia-
tions ligantur.
- 31 Explicantur actiones, quas Gregor. XIII. suprad. Extrauag.
addidit.
- 32 Explicantur excommunication aduersus vulnerantes Rettore,
sue officiales Marchionantes.
- 33 Expenditur excommunication aduersus Episcopos, aliosque

Prælatos, qui venientes ad Romanam curiam causa m-
giorum beneficiorum pertinet.

Prima excommunication habetur in Extrauag. Saluator, de
Prebendis? vbi Ioann. XXII. fert excommunicationem, &
suspensionem, & interdictum aduersus rebiles confirmationis
bus a se factis circa Ecclesiæ; & Episcopum Thololanum.
Cui nihil speciale animaduertendum occurrit, cum texus sit
semper apertus. Præterquam quod materia est specialis, & non
omnibus communis.

Secunda excommunicatione & Pontificis reservata in Extra-
uag. defensanda de Sepulchro, vbi Bonifac. VIII. excommuni-
car omnes fideles, qui corpus defuncti cuiuscunque condicio-
nis sit truculenter exenterant, ac illud membratum, ut in
fructu immaniter concidentes, ea subsequenter aquis immer-
sa expounere ignibus decoquenda; & tandem ab ollibus rega-
mento carnis excuso, eadem ad partes alias mituus seu de-
rum tumulanda.

Hæc excommunicatione comprehendit eum tanquam qui in
terris fidelium has actiones circa defunditorum corporis ibi
mortuorum exercet, ut ostendunt verba Texus: In cunctis
terræ seu locis in quibus Catholicæ fidei cultus vigeret, id est ex-
tero claudet exterritum. Quapropter si defunctus esset in lo-
cis, vbi non vigerit Catholicæ fides, ibique prædicta actions
exerceretur, ut in sacrum locum deferri possit corpus conse-
landum, locus non esset huic censure, ut ex omnibus senten-
tia norat Sayrus lib. 3 cap. 30 numer. 2. Barbosa allegat. 10. nu-
mero 103. Tolet. lib. 1. cap. 36 num. 6. Corporalem fidem
debent esse, non infidelium; ut colligatur ex illis verbis: &
quisquam ex eis scilicet fidelibus, de quibus proximè men-
tionem fecerat, ut bene notauit Bonacina tom. 3. disp. 1. qz.
punct. 45. num. 6.

Secundum comprehendit tanquam cum qui has actiones præ-
staret, ut corpus mortuum alibi tumulandum deferret, non
vero qui ex odio, aut vindicta vel ad maleficium, aut super-
stitionem, vel causa anathomie hæc præstaret, ut in Cate-
chism. verbo excommunicatione, capite 70. Bonac. disputatione
qz. 3. part. 4. punct. 1. Navarr. capite 27. numero 103. Tolet.
ditto capite 36. numero 6. Barbosa numero 103. Sayrus
numero 2. Addicte quei corpus defuncti exenterare ne
ficerat, ut in locum distanteum deferret tumulandum, vide
hac excommunicatione ligari, quia non præstat eam
actionem tam ut alibi tumuletur, quam ut ab aliis con-
cupione, & forore deferti possit. Sic tradidit Navarr. Tolet.
Sayrus, Bonacina & Barbosa loc. allegat. Quoniam proba-
bile est quod ait Tolet. lib. 1. cap. 36. numero 6. ob solam
exenterationem non esse locum huic excommunicationis,
sed necessarium debere corpus defuncti immolare condi-
cioñi que membra decoqui quoniam olla a regimento car-
nis exuanter, quia omnes illæ actiones dictione & qua
copulativa est, exprimitur. Præterquam quod sola exen-
teratio abesse membrorum concione non est
actio crudelis, & horrenda, cum passim causâ mortis vitandi
fiat. Neque obest quod Pontifex excommunicare cum qui
aliquid contra hunc statuit, & ordinatio tenet præ-
sumperit attenerare, quasi dicere, non est necesse, ut circa
corpus defuncti omnes illæ actiones exenterationis, con-
cussionis, & coctionis exerceantur, sed satis est quod aliqua
illarum præstetur, ut excommunicatione locus sit, ut doc-
trinae sunt. Disputat. 22. sect. 5. numero 4. Filicinus tradit.
3. capite 4. qz. 6. numero 74. Bonacina disputat. 2. deca-
duo. in parte II. qz. 3. punct. 45. numero 4. Non inquit
obest, quia illud pronomen aliquid, sed satis est quod aliqua
quam actionem ex enumeratis, sed ad totam excommuni-
cationis materiam, sue diuinitabilis sit, sue indutibilis, la-
pè enim potest excommunicationis materia indubitate, sub-
dit Pontifex prædicam clausulam. Qz. aliquid contra hunc
nostrum statuit. & ordinatio tenet præsumperit atten-
tere. Quapropter illa verba præstant hunc sensum: qui fe-
mel contra hunc nostrum instituit, & ordinatio non
rem præsumperit attenerare, excommunicatione amula-
tus sit.

Vltimum subdit Pontifex prænam aduersus corpus defuncti,
ut sic inhumane tractatum caret Ecclesiastico sepul-
tro. Que præna est circa corpus defuncti veretur, illius pa-
tri proprie non est, cùm incapere sit viulus pene, &
censuræ, est ramen viuorum pena ob crudelitatem com-
missam, in cuius punitionem, & satisfactionem prohibe-
tur ne prædicium corpus Ecclesiastici claudant sepulcra.
Quæ prohibito post Extrauag. ad enterranda fideles non
affingit quousque delictum declaratum sit, quam declara-
tio in iudeo præstare non debet nisi delicto plenè probato.
Vt ex communis sententia notauit Suar. disp. 22. sect. 5. num. 4.
Bonac. disp. 1. qz. 3. punct. 45. in fine. Addicte non esse impro-
babile quod indicat Gloriosa in presenti, verbo sepulchrum, hanc
ultimam prænam habere locum, nisi quando defunctus præ-
dens huiusmodi constitutionem imperavit sive corpus inim-
i inhumane tractari, ut in sepulchrum à se electum defeni-
posse.

Tenui